Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

duxit ad mare rubrum vt circu-
ret terram edom. Et tedere re-
pit populum super itineris ac laboris.
Locutusque est contra deum et
moysen ait. Cur eduxisti
nos de egypto vt moreremur
in solitudine. Deest panis non
sunt aque anima nostra iam nausi-
at super cibo isto lemptissimo. Cui
obrem misit dominus ignitos
serpentes in populum ad quorum pla-
gas et mortes plurimorum ve-
nerunt ad moysen atque dixe-
runt. Peccauimus quia locuti sumus
contra dominum et te. Ora vt tol-
lat a nobis serpentes. Oranit
moyses populo et locutus est
dominus ad eum. Fac serpentem e-
neum et pone eum pro signo. Fe-
cit ergo. Cunque percussus aspex-
erit eum viuet. Fecit ergo
moyses serpentem eneum et
posuit pro signo. Cumque eum per-
cussi aspicerent sanabant. Pro-
fectique sunt filii israel castra
metati sunt in oboth. Unde
egressi fixere tentoria in ieia-
barim in solitudine que respi-
cit moab contra orientalem
plagam. Et inde mouentes
venerunt ad torrentem zared.
Cumque relinquentes castra me-
tati sunt contra arnon que
est in deserto. et procedit in
finibus amorrei. Siquidem
arnon terminus est moab. diui-
des moabitas et amorreos.
Unde dicit in libro bellorum
domini. Sicut fecit in mari
rubro sic faciet in torrentibus
arnon. Et populi torrentum in
clinati sunt. vt requiescerent
in arnon. et reciderent in fini-
bus moabitarum. Ex eo loco
apparuit puteus. super quo locu-
tus est dominus ad moysen. Con-
grega populum. et dabo eis a-
quam. Tunc cecinit israel. car-
men istud. Ascendat puteus
quem fodere
runt principes. et fecerunt du-
ces multitudinis. in datore
legis et in baculis suis. Pro-
fectique sunt de solitudine ma-
thana. de mathana in naha-
liel. de nahaliel in bamoth.
de bamoth in bomoth. Bom-
oth vallis est in regione moab
in vertice phasga. qui respicit
contra desertum. Misit autem
israel nuncios ad seon regem
amorreum dicens. Obsecro
vt transire me liceat per terram tuam
Non deuiabimus in agros et
vineas. non bibemus aquam
de puteis. via regia gradie-
mur. donec transeamus fines
tuos. Cui credere noluit. vt
transiret israel per fines suos. sed
potius congregato
egressus est obuiam in deser-
tum. et venit in iasa. pugna-
uitque contra eum. A quo percussus
est in ore gladii. et possessa
est terra eius. ab arnon vsque
iaboch. et filios ammon qui
forti presidio tenebant timini
ammonitarum. Tulit ergo
israel omnes ciuitates eius. et
habitauit in vrbibus amorrei
in esebon. filiis et uiculis
eius. Urbs esebon fuit re-
gis amorrei. qui pugnauit
contra regem moab. et tulit
omnem terram. que diuisa illus
fuerat vsque arnon. Ad hoc di-
cit in proverbio. Venite in
esebon edificetur et instituatur